



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 87. Alia Socinianorum Synodus Rogavi habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Lutheri sectæ addictissimus, necnon fer-
vidus Mysterii Sanctissimæ Trinitatis
defensor, palam Gregorii Pauli, cui
suam dignitatem invidebat, agendi ra-
tionem damnabat: ut vero charitatis,
ac decentiæ leges suo odio minime
transgressus videretur, eundem rogabat,
ne ejusmodi novitatibus recens ad-
ventis Christi Ecclesias contaminaret,
sed populos juxta receptum morem in-
strueret, atque Apostolorum Symbolum,
& articulos a fidelibus unice creden-
dos, non vero Novi Testamenti textum
figillatim, ac per claras Paraphrases
explicaret. Gregorius, cum inge-
nio arrogans ob suam Superintenden-
tis dignitatem se in Ecclesiis suis sum-
ma auctoritate valere crederet, hæc
monita flocci habuit, eodemque pede,
quo cœpit, progressus est: itaque Sar-
nicius, cum se tantopere vilipensum
cerneret, odio in eum accensus illum
coram Cracoviensi Magistratu accusa-
bat, quod Arii hæresin propugnaret, ac
Serveti erroribus faveret.

§. LXXXVII.

*Alia Socinianorum Synodus Rogovi
habita.*

Lubien. l. v. Mense Julio eodem anno, cum Bona-
rus ambos hosce Ministros recon-
ciliare desperaret, Stanislaus Szefrane-
cius

cius Nobilis Polonus Rogovi in suis æ-Sæcul. XVI
 dibus veluti ad Synodum quampluri- A.C. 1562.
 mos Ministros, ac Nobiles convocabat,
 ubi inter primas curas habebat recon-
 ciliationem inter Paulium, & Sarni-
 cium: quamprimum vero Pauli men-
 tem suam aperiendi dabatur libertas,
 mox ipse prolixo sermone ementitum
 suum erga fidei puritatem zelum exag-
 gerabat, & postea diffidia in eorum Eccle-
 siis prævalentia damnabat, eaque Dia-
 bolo tanquam dissensionum Auctori at-
 tribuens, palam profitebatur, quod ipse
 nonnisi per summum nefas discordiæ
 zizania seminasse argueretur, ægerrime
 ferens, quod palam & privatim Arii
 hæresin prædicasse accusaretur, cum
 tamen unum, solumque Deum Christi
 Domini Patrem annuntiaffet. His ad-
 didit, quod tunc, si ipse ob hanc veritatem
 populo propositam hæresis nota perstrin-
 geretur, pariter Apostoli de hæresi po-
 stulandi essent, cum illi in suis sermo-
 nibus nil aliud in ore habuerint, nisi so-
 lum Deum, Deum Israel, Creatorem
 cœli & terræ, & Jesum Nazarenum,
 Messiam veteribus Patriarchis promif-
 sum, populi sancti Regem, & Salva-
 torem mundi. Præterea hæc exposuit:
 „haud ignoro, quod ab Apostolorum æ-
 „vo multi errores in Christi Ecclesiam
 „irrepperint, prout fatetur Hegesippus
 Ccc 2 „apud

Sæcul. XVI. „apud Eusebium Cæsariensem, præci-
 A.C. 1562. „pue circa tres personas in una natu-
 Euseb. Cæs. „ra divina, & circa duas naturas in
 Hist. Eccl. „Christo, quas tamen novitates igno-
 l. 3. c. 29. „rabant Apostoli, & nos quoque igno-
 „rare possemus, quin ullum de salute
 „nostra periculum incurreremus.

§. LXXXVIII.

Altercatio inter ambos Ministros.

Insuper hæc subjungebat Paulus: „ne
 „& nos hisce erroribus, ac dogmatum
 „perversitate implicemur, divinis lite-
 „ris unice insistendum est, omnia etiam
 „probanda, & bonum retinendum, ut
 „inquit Apostolus, & facile deprehen-
 „demus, nulloque negotio comproba-
 „tum reddam, quod Pater æternus Fi-
 „lio suo quodammodo nobilior sit: e-
 „quidem Nicænum Concilium defini-
 „rat, quod Filius sit Patri consubstan-
 „tialis, non deerant tamen Patrum plu-
 „rimi, quibus hæc vox displicuit, nec
 „etiam Synodus quicquam circa Spiri-
 „tus Sancti divinitatem definire aude-
 „bat: imo Sanctus Hilarius in duode-
 „cim libris suis de Trinitate nunquam
 „Spiritu Sancto prærogativam Dei at-
 „tribuit, nec eum esse adorandum, aut
 „invocandum statuit: solus autem
 „primusque fuit S. Athanasius, qui Spi-
 „ritum Sanctum esse Deum asseruit, aut
 „